



FA. 131.101

Index

Lectura di Monsig. Carlo Maurino de Polier & abate Abbate Francese
dimorante in Roma sopra le differenze delle Teologie di Giandrea
e sopra l'ultima Dichiarazione presentata al S. Ufficio da Mons.
Kannibel Douore in Teologia e Dottore dell'Università di Louanio
appresso la S. Sede

Reflessioni sacrate sopra la lettera d'un cattolico Romano ad uno de suoi
Parigi in Italia circa lo stato presente dell' Ecclesia Romana in
Italia

Thesij V. Historico-Theologicae Censurae Louaniensis Douina de gratia
per se officii et diuinae Medicinae & defuncti et Cornelio Jansoni, Ne-
pote de Ioanne Libano Kannibel.

Proposio. V. Cornelij Jansoni Ep. Ipsensij Thesij de propositijs damnarijs co-
trarijs. Paris per Ioannem Murandum

Resolutio altera S. Facultatis Theologicae Louaniensis ad Quaesitiones qua-
sdam dogmaticas et dictas undecim de summo

Epistola theologica ad Aulicorum et Subscriptorum Resolutiones de summo
ipsi quidam existimari uolunt. Facultatis Louaniensis Quaesitio-
nes quaedam dogmaticae

Edictario marni Magi de Jansoni Vicarij S. J. Aptici Silue Douarij super
hodierno negotio Formularij

Thesij Historico-Theologicae Louaniensis cum Thesij conuentionis circa
necessitatem gratiae per se officij in summo negotio de summo

Responsio ad D. D. de Jansoni Thesij et Thesij Douarij at-
testantes auctoribus Douarij

Louy Coniitij Fridannini de laborioso Baptismo Socii: 17 C. a. Vindictam a So:
Opswaert conuictio thesis magi Marini Steyaert. Auctoris Collationum de Amo-
re predominante contra eosdem

Anti-thesis inter doctrinam eximiorum querendam e. S. Pauli Louanien-
si Doctorum de raritate conuersionis per opera et doctrinam Marini Ste-
yaert de conuersione repentina sine operibus

Immanis Calumniae quae datur Marini Steyaert Praesidis Thesi de Iustificati-
one peccatorij 13 Junij 1693 coram indigni Theologorum multitudinis de
infando crimine flagellationis superari reddidit usque hodie huiusmodi appel-
lati

Imperinens Steyaertianus de mala fide, calumnia et falsitate conuictum per
M. Louaniensem Theologum

Strones sine Supplementum operis S. Nihil pro argumento Nichiti contra opera
preparatoria nuper editi cum censura M. Steyaert V. A. S.

Difficultates breues propositae D. Martino Steyaert super declaratione mentis suae
contra doctrinam de raritate conuersionis quam se apud S. Sedam accusare
profiteretur, ubi et diuini doctrinae eius de conuersione repentina

Difficultates breues conuincere aduersus Thesim de Iustificati-
one peccatorij defendendam 13 Junij 1693 Praeside D. Martino Steyaert

Osseruationi d. un. Professore de Filosofia sopra le lettere scritte da un Paolo-
g. Fiammango al Vescouo di Tornaij

Expositio quinque articulorum Op. Conuersionum oblatam discipulo S. Augu-
stini pro pace Recte seruanda anno 1665 Auctore Antiocho quos Paulus
Theologicus Louanienis persequi deputatus auctoritate: A. D. 1670
item quos obulit Cap. 16. 17. anno 1677.

Aricali Theologici quos Facultas Louanensis Innocentio XI transmissit ac obtu-
lit iudicandis, quos idem Sanctissimae Congregationi S. Officii tradidit exami-
nandas, quos ipsi post maturum ac iteratum examen censuerunt sanos et im-
munes ab omni nota anno 1677

Ecclesia Leodiensis Summo Pontifici Innocentio 12 supplicans pro suo Seminario et
dominam S. M. P. Collegij Anglicani Societatis Iesu Denuncians

Eiusdem Ecclesiae Denunciatio altera

Eiusdem Ecclesiae Denunciatio tertia
Eiusdem Ecclesiae Denunciatio quarta, quinta, sexta, septima, octava,
nona, decima, undecima, duodecima, decima tertia, decima quarta,
decima quinta, decima sexta, decima septima

Refutatione Sum Monitorio dell' Arcivescovo di Malines, significata a Don
Guillaume uande Nove Caraco di S. Caterina in Brusselles 17 Feb: 1704

Asocios de la Real Academia de Ciencias y Letras de Madrid
El Excmo. Sr. D. Juan de Dios de la Cruz, Secretario de la misma
y de V. E. el Sr. D. Juan de Dios de la Cruz, Secretario de la misma

Excmo. Sr. D. Juan de Dios de la Cruz, Secretario de la misma
y de V. E. el Sr. D. Juan de Dios de la Cruz, Secretario de la misma

Excmo. Sr. D. Juan de Dios de la Cruz, Secretario de la misma
y de V. E. el Sr. D. Juan de Dios de la Cruz, Secretario de la misma

Excmo. Sr. D. Juan de Dios de la Cruz, Secretario de la misma
y de V. E. el Sr. D. Juan de Dios de la Cruz, Secretario de la misma

Excmo. Sr. D. Juan de Dios de la Cruz, Secretario de la misma
y de V. E. el Sr. D. Juan de Dios de la Cruz, Secretario de la misma

Excmo. Sr. D. Juan de Dios de la Cruz, Secretario de la misma
y de V. E. el Sr. D. Juan de Dios de la Cruz, Secretario de la misma

Excmo. Sr. D. Juan de Dios de la Cruz, Secretario de la misma
y de V. E. el Sr. D. Juan de Dios de la Cruz, Secretario de la misma

Excmo. Sr. D. Juan de Dios de la Cruz, Secretario de la misma
y de V. E. el Sr. D. Juan de Dios de la Cruz, Secretario de la misma

Excmo. Sr. D. Juan de Dios de la Cruz, Secretario de la misma
y de V. E. el Sr. D. Juan de Dios de la Cruz, Secretario de la misma

Excmo. Sr. D. Juan de Dios de la Cruz, Secretario de la misma
y de V. E. el Sr. D. Juan de Dios de la Cruz, Secretario de la misma

Biblioth. Contus. S. M. sup. Minerva

140

15

EXPOSITIO
QUINQUE ARTICULORUM
Episcopo Convenarum oblata
A DISCIPULIS
S. AUGUSTINI

PRO PACE

ECCLESIAE SARCIENDA ANNO 1663.

*Accedunt Articuli quos Facultas Theologica Lovaniensis per suos
deputatos obtulit INNOCENTIO Papæ XI. proban-
dos, item quos obtulit improbandos anno 1677.*

Prohibita



L O V A N I I,

Typis **GUILLIELMI STRYCKWANT** sub aurea Lampade.
M. DC. XCII.

EXPOSITIO

QUINQUE ARTICULORUM

Episcopo Conventu

A DISCIPLINA

S. AUGUSTINI

PROFANA

ECCLIAE SACRILEGIA ANNO 1683

Quibus articulis et capitulis
ab his qui in hoc libro
doctrinae contra doctrinam
sanctae Romanae ecclesiae



L O V A N I I

THE GOVERNMENT PRINTING OFFICE

1851

Bibliotheca Pontificia S. M. E. sup. Minerva

*Articuli Illustrissimo Convenarum Episcopo oblato
& per eundem ad Summum Pontificem
transmissi, isti sunt.*



Um ex S. Augustini sententia, quam tota S. Thomæ schola defendit, gratia efficax voluntatem indeclinabiliter, & infallibiliter, citrà tamen necessitatem, vi divinæ motionis flexens & determinans, ad singulos Christianæ pietatis actus necessaria sit, nunquam contingit, ut vel oremus sicut oportet, nisi cum ea operatur, ut oremus, nobisque interpellandi & gemendi inspirat affectum, nec ut Dei mandata servemus, nisi cum illa facit ut in ejus præceptis ambulemus, nec denique ut inimici tentationes superemus; nisi cum nobis victoriam largitur. Et tamen cum nonnumquam justis tentationibus succumbant, & in varia peccata prolabantur, etiam cum illa vitare imperfectè ac remissè volunt atque conantur; manifestum est, justis in illo imperfectæ ac remissæ voluntatis statu, vitio licet suo, mandatum violantibus, efficacem illam & victricem, quâ præfente nunquam vincimur, gratiam non adesse.

De his ergo justis, quibus illa magna non adest gratia, licet parva & imperfecta non desit, verè utrumque dici potest, & potuisse illos Dei mandata servare, tentationique resistere, eosdemque alio sensu non potuisse; potuerunt enim profus, quia non solum liberi arbitrii virtutem, & gratiam habitualement habuerunt, sed etiam gratiam actualem, QUÆ SUFFICIENS DICI POTEST THOMISTARUM SENSU, qui gratiæ per se efficacis necessitatem supponit.

At quia, absente gratiâ efficaci, nunquam contingit, ut voluntas, sicut oportet, tentationi resistat, constansque est apud Thomistas dogma, gratiam sufficientem ab efficaci separatam non complecti omnia ad piè agendum necessaria, ideò usitatissimâ scripturis Patribusque locutione, & Thomistis omnibus probatâ, hoc sensu dici potest, justos illos ejusmodi sufficienti gratiâ instructos tentationi cui succubuerunt, resistere non potuisse, quia nimirum ejusmodi potestatem non habuerunt, quæ complecteretur omnia ad agendum necessaria, cum gratiam efficacem, ad agendum utique necessariam, non habuerint.

Quare cum dicimus nos sine gratia per se efficaci non posse agere, id hoc uno sensu intelligimus, eum cui deest gratia per se efficax, non habere omnia quæ requiruntur ad actum agendum.

I I.

Gratia interior duplex est: alia efficaci, quæ semper producit illum effectum ad quem impellit voluntatem; alia inefficax, quæ voluntatem excitat ad effectum quem non producit.

Prior gratia ea est, quam simpliciter, propriè, & absolutè efficacem Thomistæ vocant. Huic resisti quidem semper potest, ut iidem docent, at nunquam ita resistitur, ut effectum illo privetur, ad quem impellit voluntatem; quod aliis verbis sic exprimunt, ut resisti posse dicant in sensu diviso, non autem in sensu composito.

Secunda autem ea est, quam tum **EXCITANTEM**, tum **INEFFICACEM**, tum **SUFFICIENTEM** idem significantibus verbis vocant. Huic verè resistit ac renititur voluntas, eamque eo effectum privat ad quem excitat, & ad quem potestatem largitur superiùs explicato Thomistarum sensu sufficientem. Potest quidem illi voluntas consentire, nec tamen, si absit gratia efficaci, unquam consentit, non defectu antecedentis potestatis, sed liberâ sui ipsius in oppositum determinatione.

Sed quamvis illa gratia in se spectata effectum illo careat ad quem tendit, ad quem voluntatem excitat, ad quem per antecedentem Dei voluntatem destinatur; adeoque falsum sit hoc sensu: omnem Christi gratiam semper habere eum effectum, quem Deus vult: si tamen spectetur, ut cum absoluta Dei voluntate conjuncta, meritò hoc sensu efficaci dici potest, quia semper id in corde hominis operatur, quod Deus absoluta voluntate intendit. Certum est enim apud Thomistas, auxilium sufficiens respectu unius actus semper esse efficaci respectu alterius actus, ad quem efficiendum decreto absoluto divinæ voluntatis destinatur; adeoque apud illos omnis gratia est efficaci alicujus effectus, ejus nimirum ad quem proximè ordinatur, & quem Deus absolutâ voluntate intendit, juxta illud Isaïæ: *Verbum quod egreditur de ore meo non revertetur ad me vacuum, sed faciet quacumque volui.*

I I I.

AD merendum & demerendum in statu naturæ lapsæ non sufficit libertas à coactione, sed requiritur libertas à necessitate: quamvis enim gratia per se efficaci infallibiliter & insuperabiliter voluntatem ad agendum determinet, atque ita nunquam voluntas illi actu dissentiat, non tamen inducit necessitatem, quia non tollit dissentiendi potestatem. Est ergo perpetuò in homine lapsò illud quod Thomistæ statuunt, activæ indifferentiæ genus, quam proximam dicere nihil

(1)

nihil vetat, dummodo ab hoc verbo removeas illum sensum, ut voluntas per efficacem gratiam mota credatur nunc consentire nunc dissentire, sive quod idem est, nunc actualem consensum, nunc verò actualem dissensum cum ejusmodi gratia componere.

IV.

Tantum abest, ut Semipelagiani ideo hæretici fuerint, quod dicerent gratiæ nos consentire & dissentire posse, ut potius certum & minimè dubium sit cuicumque gratiæ, etiam efficaci, resisti posse, id est cum quacumque gratia simul remanere activam, atque ut supra-dictum est, PROXIMAM DISSENTIENDI POTESTATEM, licet actu, ut etiam supra dictum est, nunquam efficaci gratiæ dissentiat.

V.

Gratuitæ prædestinationis doctrina maximam jure meritò apud omnes scholas Catholicas auctoritatem obtinet. Hujus autem doctrinæ hæc summa est ab omnibus ejus defensoribus recepta; solis electis, si spectetur non antecedens, sed absoluta & efficax Dei voluntas, salutem æternam absoluto Dei decreto destinatum esse cum ea gratiarum ac beneficiorum serie, quibus certissimè liberantur, quicumque liberantur, quorum beneficiorum utique præcipuum est perseverantiæ donum, quod nemo proprium esse prædestinatorum inficiatur. Hinc sequitur, Christum cujus absoluta voluntas paternæ semper conformis extitit, hoc decretum nec precibus nec morte suâ simpliciter & absolutè mutare voluisse. Itaque solis illis absolutè & efficaciter promereri voluit salutem æternam & perseverantiæ donum, quos sibi à Patre datos, & de manu sua à nemine raptum iri in Evangelio dicit. De his capitibus apud omnes gratuitæ prædestinationis defensores convenit, quibus ea tantum Christi mortis omnibus impensæ generalitas excluditur, quâ collatæ omnibus hominibus asseruntur gratiæ ita sufficientes, ut præterea efficacem ad volendum seu operandum non requirant. Sed, hâc opinione demptâ, nihil obstat, imò prorsus veritati consentaneum est, dicere Christum pro omnibus omninò hominibus mortuum esse ac sanguinem fudisse, tum quia antecedenti voluntate salutem omnium voluit, tum quia sufficiens pro omnibus pretium obtulit. Falsum autem est, & hæreticum, dicere Christum pro salute dumtaxat prædestinatorum mortuum esse, cum multis reprobis, omnibusque adedò justificatis gratias, traditâ à Thomistis notione, sufficientes meruerit, quibus ad salutem pervenire possent, quamvis nemo iis bene utatur, & in accepta perseveret, nisi uberioribus illis & efficacibus auxiliis adjuvetur.

ARTI-

ARTICULI THEOLOGICI.

Quos Theologica Facultas almæ Universitatis Lovaniensis *Innocentio Papa XI.* per suos deputatos anno 1677. transmisit ac obtulit judicandos.

De ignorantia, probabilitate, & malitia actus humani inadvertentia.

ARTICULUS PRIMUS.



Uo innata sunt vitia originalia : concupiscentia & naturalis ignorantia.

II. Uti nulla concupiscentia est insuperabilis, ita nulla ejusmodi ignorantia est invincibilis.

III. Quippe sicuti omnis illa per divinæ gratiæ auxilium, ita omnis hæc per ejusdem gratiæ lumen superari potest.

IV. Opera igitur nostra naturali legi contraria, quæ ex tali ignorantia procedunt, à peccato plenè excusari nequeunt; ne favore quidem ullius verisimilitudinis aut probabilitatis.

V. Ad summum posset subinde mortalis macula dilui in venialem.

VI. Quod ipsum tamen locum non habet in his peccatis, quæ primis naturalis & æternæ legis principiis aut manifestioribus ejus præceptis adversantur.

VII. Uti de peccatis carnalibus dilucidè docet S. Aug. exposit. inchoata in epist. ad Rom: Ea ne in ipsis quidem pueris & adolescentibus à mortali malitia expurgari per ignorantiam.

VIII. Si autem actum legi æternæ & naturali contrarium numquam plenè excuset istius legis ignorantia, multò minùs simplex inadvertentia seu non reflexio ad malitiam.

De Virtutibus Theologicis.

ARTICULUS PRIMUS.

Fundamentale ac primarium Legis æternæ mandatum est: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & Proximum sicut teipsum.

II. Vocem

(7)

II. Vocem *charitas* tametsi aliqui Scholastici accipiant pro sola illa Dei dilectione, quæ est nostra cum eo per peccatorum remissionem amicitia, S. Augustinus & alii Patres eam sumere solent pro quavis supremi boni casta propter se dilectione, quasi verò (inquit Aug.) *aliud sit bona voluntas quam charitas.*

III. Hinc idem S. Doctor distinguit charitatem natam, nutritam, adultam, robustam, perfectam. Et hanc duplicem; aliam præsentis, aliam futuræ vitæ, quæ distinctio frequenter placet etiam S. Thomæ.

IV. Itaque *charitas* & *cupiditas* generatim sumpta non sunt aliud, quam bona & mala voluntas. Sunt bona & mala radix, quarum hæc solos malos, illa proferre possit solos bonos fructus.

V. Omne opus, ut plenè bonum sit & ne venialiter quidem in eo delinquatur, debet ex tali charitate procedere, ac per ipsam referri in Dominum Deum: *Nec enim, teste Augustino, fructus est bonus, qui de radice charitatis non surgit.*

NOTABENE.

Circa hunc unicum Articulum tempore integri biennii, quo Facultatis Sacræ Lovaniensis Deputati Romæ egerunt, mota fuit specialis difficultas, quam diluerunt dicti Deputati, oblatâ declaratione tenoris sequentis.

EMINENTISSIMI AC REVERENDISSIMI DOMINI

Sacræ Theologiæ Doctores à Theologica Facultate Lovaniensi ad Apostolicam Sedem Deputati intelligunt circa hunc suum Articulum: Omne opus, ut plenè bonum sit, & ne venialiter quidem in eo peccetur, debet ex tali charitate (generatim sumpta), procedere, ac per ipsam referri in Dominum Deum: Eminentiss Vestris enasci dubium, an ille censeat opera, quæ per charitatem non referuntur in Deum, nunquam esse moraliter, seu ut S. Augustinus loquitur, ex officio bona?

Quare præfati Doctores reverenter respondent, istum sensum esse à se prorsus alienum. Omnino profitentur, varia opera nostra, licet istâ relatione careant, esse moraliter seu ex officio bona. Addunt tamen, illa, nisi saltem per imperfectam charitatem in primum principium virtualiter referantur, non fieri sicut oportet.

Hæc omnia profitentur se sentire ac docere juxta sensum, quem S. August. tradit in libro de patientia cap. 26. & 27, in penult. cap. Enchiridii, in 3. cap. libri 4. contra Julianum, ac in aliis locis.

Ita satisfactum fuisse Eminentissimis Dominis, ac illæsum perstitisse Articulum retulerunt Deputati Romæ reduces.

VI. Attamen ista relatio per charitatem perfectam fieri non debet: sufficit eam fieri per charitatem imperfectam.

VII. Sed neque necessaria est relatio ex charitate actuali, sive ex charitate, super quam fiat actualis reflexio.

VIII.

VIII. Hæc namque continua in operibus nostris reflexio est multis hujus vitæ distractionibus impossibilis.

IX. Sufficit ergò quod opera nostra per charitatem virtualem in Deum referantur.

X. Continua virtualis dilectio versari debet non solum circa Deum, sed etiam circa proximum. Absit ut Christiana justitia contenta sit hunc solummodò non odisse, aut illi sola externa impendere officia.

XI. Par nobis obligatio est fidei & spei: etiam per hos obligamur Divinæ Majestati continuò, saltem virtualiter, adherere.

XII. Fides debet esse assensus firmissimus. S. Clemens Alexandrinus rectè docet firmiorem esse omni demonstratione. Quare, quicumque censet esse posse probabilem dumtaxat æstimationem, jam pridem damnatus est in Petro Abac̃lardo.

XIII. Debet esse non naturalis aut latè-dicta, sed omninò supernaturalis & innixa authoritati Dei loquentis, per quam credantur quæ divinitus revelata & promissa sunt.

XIV. Ad justitiam & salutem necessaria fides debet expressè tendere in unam Divinæ Majestatis essentiam ac in tres Personas, item in Deum remuneratorem, etiam in Christum mediatorem. Novisse debet ejus Incarnationem, Passionem, Mortem, Resurrectionem, &c.

XV. Horum omnium expressa fides est necessarium justificationis medium. Quicumque vel unum eorum ignorant, licet baptizati sint, sunt ex illorum numero de quibus ad S. Petrum Alexandrinum clamavit olim Angelus: *Vt quid huc jactatis vacua marsupia?*

XVI. Hinc Episcopi, Presbyteri Curati, aliique animarum directores rigidissimè obligantur fidelem populum de iis omnibus plenè instruere, quod præceptum meritò innovavit Synodus Trident.

De Juramento, Mendacio, Homicidio, Luxuria, &c.

ARTICULUS PRIMUS.

Sic verbis utendum est, ut id quod dicitur, consideratis simul circumstantiis, quas obviè possit audiens intelligere, sit conforme menti loquentis.

II. Si aliter fiat cum juramento, perjurium est; si citra juramentum, mendacium: quorum neutrum ullâ utilitate aut necessitate excusari potest.

III. Non dedit Dominus vitæ & necis homini privato potestatem, ut res suas temporales, aut honorem, imo pudicitiam cum inyasoris cæde tueatur.

IV. Ali-

IV. Aliqui affirmant, injustum vitæ aggressorem posse occidi, aliqui negant: hi S. Augustinum, illi S. Thomam sibi favere arbitrantur.

V. Circa luxuriam specialiter docet post S. Augustinum, S. Thomam & alios Patres ac Doctores, actum conjugii, ut omni defectu veniali careat, exerceri debere vel generandæ proli gratiâ, quæ deindè Christo regeneretur, vel ut debito conjugalibus justitiæ satisfiat.

De Contritione, Confessione, &c.

ARTICULUS PRIMUS.

Frequens confessio & Communio, dum rectè fiunt, plurimum laudandæ & fructuosæ.

II. Venialium etiam peccatorum, licet citra culpam taceri & multis aliis remediis expiari possint, frequens confessio rectè ac utiliter fit & citra omnem præsumptionem.

III. Servilis gehennarum metus nequaquam in substantia sua malus est, sed bonus & utilis: attamen ipsi soli insistens attritio, etiam cum Sacramento, non sufficit ad justificationem. Quia ad accipiendam hanc gratiam oportet credere, sperare ac Deum propter se diligere.

IV. Vera attritio debet esse dolor animi ac detestatio de peccato commisso cum proposito non peccandi de cætero, excludens voluntatem peccandi. Attamen non debet includere perfectam charitatem, quæ hominem Deo reconciliet, priusquam hoc Sacramentum actu suscipiatur.

V. Nihilominus esse debet, licet imperfecta; tamen vera Dei charitas, quâ pœnitens Dominum Deum tanquam omnis justitiæ fontem diligat, ideoque peccata sua detestetur & oderit. Eam aliqui appellant charitatem affectu super omnia.

VI. Pœnitens Confessario circa priorem, inveteratam præsertim, peccandi consuetudinem ex conducentibus ad ejus medelam rationibus interroganti, debet obedire.

VII. Etiam exprimendæ sunt circumstantiæ intra eandem speciem notabiliter aggravantes.

VIII. Absolutionis denegatio, aut dilatio quandoque est necessaria; quandoque utilis, quandoque perniciosa. Quare Confessario non solum scientia est necessaria, sed etiam prudentia. A Domino Deo gratiam postulare debet discernendorum spirituum.

IX. Dicta dilatio aut negatio, dum est dumtaxat utilis, non potest exerceri in pœnitentem invitum.

X. Causæ quæ ipsam faciant necessariam, sunt præsertim tres: prima est ignoran-

ignorantia necessariorum articulorum fidei ; 2. defectus dispositionis, puta contritionis, &c. 3. proxima peccandi occasio, quæ vel ex natura rei, vel ex qualitate personæ est talis.

XI. Aliquot duarum postremarum exempla adducit in sua Romana Synodo S. Gregor. VII. " Falsas poenitentias dicimus, quæ non secundum authoritatem SS. Patrum pro qualitate criminum imponuntur. Ideoque quicumque miles & negotiator vel alicui officio deditus, quod sine peccato exerceri non posset, si culpis gravioribus irretitus ad poenitentiam venerit, vel qui bona alterius injustè detinet, vel qui odium in corde gerit, recognoscat se veram poenitentiam non posse peragere, per quam ad æternam vitam valeat pervenire, nisi arma deponat, ulteriusque non ferat, nisi consilio Religiosorum Episcoporum pro defendenda justitia, vel negotium derelinquat, vel officium deserat & odium ex corde dimittat, bonaque, quæ injustè abstulit, restituat. Ne tamen desperet ; interim quidquid boni facere poterit, hortamur ut faciat, ut omnipotens Deus cor illius illustret ad poenitentiam.

XII. Confessarius obligatur pro qualitate criminum & poenitentium facultate salutare & convenientes injungere satisfactiones. Qui indulgentius agit, & levissima quædam opera injungit pro gravissimis delictis, communicat peccatis alienis.

XIII. Istiusmodi salutare poenitentias peccator acceptare, & adimplere tenetur.

XIV. Graviorum delictorum poenitentiam ante absolutionem explere est ex variis causis sanctissimum. Istius tamen moris necessitatem jam pridem abstulit materna Ecclesiæ clementia, nec videtur reducenda, nisi sic Ecclesiæ Romanæ videretur.

Sententiæ aliquot à Schola Lovaniensi passim impugnatae, & ab eadem an. 1677.

Innocentio Papæ XI. oblatae, è quibus LXV. fuerunt proscriptae solemnè Sedis Apostolicæ decreto, quod prodiit 2. Martii 1679.

De Ignorantia.

Ignorantia censetur invincibilis, atque ita excusans à peccato, quando ignorantia nulla subitæ accidentalis advertentia, vel consideratio ejus auferenda.

De Probabilitate.

Ut sententiam sequi possis, non est opus certo aut evidenter sed sufficit probabiliter nosse esse probabilem; probabilis autem dicitur, quæ rationibus innititur alicujus momenti.

II. Potes sequi opinionem practicam probabilem circa honestatem objecti, relicta quoque probabiliore & tutiore, quamvis tuâ, etiam in materia juris naturalis.

III. Idque licet existimes probabilius, vel probabiliter opineris, non esse licitum sequi sententiam minus probabilem, dummodo & probabile censeas licitum idem esse vel ad aliorum in hoc sententiam te conformes.

IV. Non solum contra propriam opinionem potest Confessarius absolvere poenitentem, qui adhæret opinioni probabili, sed & debet, confessione posita, & quidem probabilius semper sub mortali.

V. Non est illicitum in Sacramentis conferendis sequi opinionem probabilem de valore Sacramenti, relicta tutiore, nisi id vetet lex, conventio aut periculum gravis damni incurrendi: hinc sententiâ probabili tantum utendum non est in Collatione Baptismi, Ordinis Sacerdotalis, aut Episcopalis.

Est prima inter 65.

VI. Probabiliter existimo judicem posse judicare juxta opinionem etiam minus probabilem.

Est 2. inter 65.

VII. Generatim dum probabilitate sive intrinseca sive extrinseca quantumvis tenui, modo à probabilitatis finibus non exeat, confisi aliquid agimus, semper prudenter agimus.

Est 3.

VIII. Etiam in materia fidei licitum est sequi sententiam probabilem minus
rutam.

*Est 4. in-
ter 65.* IX. Ab infidelitate excusabitur infidelis non credens ductus opinione minus
probabili.

De Inadvertentia malitia.

I. **Q**uisque sine ulla formidine oppositi aut advertentiâ ad ullam malitiam
judicat operationem non esse malam, non peccat operationem illam po-
nendo, sive judicet evidenter, sive tantum probabiliter, sive verè sive falso, so-
lidâ vel non solidâ ratione nixus.

II. Si advertentia fit ad malitiam tantum in communi, aut semi-plena ad
mortale, actus non ad mortale sed ad veniale dumtaxat imputabitur.

III. Debemusne examinare & Confiteri id quod in juventute fecimus igno-
rantes esse peccatum? Resp. Non: quia ad peccandum debemus habere noti-
tiam malitiæ dum rem committimus, nec sufficit postea intelligere quod esset
malum.

IV. Ex eo quod possit dari ignorantia invincibilis, & ea excuset à peccato,
Doctores aliquos Academiæ Lovaniensis à peccato excusare conabimur, quod
aliàs sæpius incurrissent censurando sententias sanæ doctrinæ, ex quibus accipe
sequentem: ut actio quæpiam sit peccaminosa, oportet procedat ab homine
qui noscit & perspicit, quid boni malivè in ea sit, & antequam id videat aut
animum reflectat, actio neque bona neque mala est.

De Dei Opt. Max. Dilectione.

Est 5. I. **A**N peccaret mortaliter qui actum dilectionis Dei semel tantum in vita
eliceret? Condemnare non audemus.

Est 6. II. Probabile est ne singulis quidem rigorosè quinquenniis per se obligare
præceptum charitatis erga Deum.

Est 7. III. Tunc solum obligat, quando tenemur justificari, & non habemus
aliam viam qua justificari possumus.

De Relatione operum in Deum ex vi præcepti Dilectionis.

I. **V**oluntas sine peccato potest in creatura quiescere eam ulterius non refe-
rendo, sed ea moderatè ac referibiliter fruendo.

Est 8. II. Comedere & bibere usque ad satietatem absque necessitate ob solam vo-
luptatem

luptatem, non est peccatum, modo non obsit valetudini, quia licitè potest appetitus naturalis suis actibus frui.

III. Gula est peccatum ex genere suo veniale, etiamsi absque utilitate se quis cibo & potu usque ad vomitum ingurgitet.

IV. Opus conjugii ob solam voluptatem exercitum omni penitus caret culpa ac defectu veniali. *Esß in 2or 65.*

De proximi nostri dilectione.

I. **N**on tenemur proximum diligere actu interno & formali. *Esß 10.*

II. Præcepto proximum diligendi satisfacere possumus per solos actus externos. *Esß 11.*

De externis erga proximum dilectionis officiis.

I. **V**ix in sæcularibus invenies, etiam in Regibus, superfluum statui.

II. Et ita vix aliquis tenetur ad eleëmofynam quando tenetur tantum ex superfluo status. *Ex 2. constat est 12.*

III. Nulli omnino, quantumvis diviti, omnes pauperes sine eleëmofyna repellenti faciliè neganda est absolutio.

De odio dilectioni proximi opposito.

I. **S**icum debita moderatione facias, potes absque peccato mortali de vita alicujus triftari, & de illius morte naturali gaudere, illam inefficaci affectu petere & desiderare, non quidem ex displicentia personæ, sed ob aliquod temporale emolumentum. *Esß 13.*

II. Licitum est absoluto desiderio cupere mortem Patris, non quidem ut malum Patris, sed ut bonum cupientis, quia nimirum ei obventura est pinguis hæreditas. *Esß 14.*

III. Licitum est filio gaudere de parricidio parentis à se in ebrietate perpetrato propter ingentes divitias indè ex hæreditate consecutas. *Esß 15.*

De obligatione actuum fidei.

I. **F**ides non censetur cadere sub præceptum speciale & secundum se. *Esß 16.*

II. Satis est actum fidei semel in vita elicere. *Esß 17.*

III. Si à potestate publica quis interrogetur, fidem ingenuè confiteri ut Deo & fidei gloriosum consulo, tacere ut peccaminosum per se non damno. *Esß 18.*

De fidei firmitate.

- I.** Assensus fidei supernaturalis & utilis ad salutem quandoque habet minorem certitudinem adhesionis quam cognitio naturalis.
- Est 19. inter 65* **II.** Voluntas non potest efficere ut assensus fidei in seipso sit magis firmus quam meretur pondus rationum ad assensum impellentium.
- Est 20.* **III.** Hinc potest quis prudenter repudiare assensum quem habebat supernaturalem.
- Est 21.* **IV.** Assensus fidei supernaturalis & utilis ad salutem, stat cum notitiâ solum probabili revelationis, imo cum formidine, quâ quis formidet ne sit locutus Deus.

De Creditu necessariis ad salutem.

- I.** Omnia communibus credenda necessitate mediû & præcepti habentur in Symbolo Apostolorum.
- Est 22.* **II.** "Non nisi fides unius Dei necessaria videtur necessitate mediû.
- III.** Non autem explicita Remuneratoris, Mediatoris, Sanctissimæ Trinitatis, aut Incarnationis.
- Est 23.* **IV.** Cum fides latè dicta ex testimonio creaturarum similiye. motivo ad justificationem sufficiat.
- V.** Deus ignorari potest invincibiliter.
- VI.** Peccatum mortale contrahere nequit, Deum ejusque omnem legem invincibiliter ignorans.

De Furamento. Mendacio, &c.

- Est 24.* **I.** Vocare Deum in testem mendaciû levis non est tanta irreverentia, propter quam velit aut possit damnare hominem.
- Est 25.* **II.** Cum causa licitum est jurare sine animo jurandi, sive res sit gravis sive levis.
- Est 26.* **III.** Si quis vel solus vel coram aliis, sive interrogatus, sive propria sponte, sive recreationis causâ sive quocumque alio fine juret se non fecisse aliquid quod revera fecit, intelligendo intra se aliquid aliud quod non fecit, vel aliam diem ab ea in qua fecit, vel quodvis aliud additum verum, revera non mentitur nec est perjurus.
- Est 27.* **IV.** Causa licita utendi his amphibologiis est quoties id necessarium aut utile est ad salutem corporis, honorem, res familiares tuendas, ita ut veritatis occultatio censeatur tunc expediens & studiosa.

V. Qui mediante commendatione vel munere ad Magistratum vel officium publicum promotus est, poterit cum restrictione mentali præstare juramentum quod de mandato Regis à similibus solet exigi, non habito respectu ad intentionem exigentis, quia non tenetur fateri crimen occultum.

VI. Licitum est reo cum æquivocatione negare veritatem judici legitimo, legitime interroganti.

VII. Metus gravis est causa justa Sacramentorum Administrationem simulandi.

VIII. Denique Augustinus vel restrictione usus est, vel aliqua ipsius doctrina damnata est.

De Homicidio.

I. **F**As est viro honorato occidere inuasorem qui "fustem vel alapam nititur impingere", vel calumniam inferre, si aliter hæc ignominia vitari nequit. *Est ferè 30.*

Idem quoque licet, quamvis post illatam fugiat.

II. Regulariter occidere possum furem pro conservatione unius aurei. *Est 31.*

III. Non solum licitum est defendere defensione occisivâ, quæ actu possidemus, sed etiam ad quæ jus inchoatum habemus, & quæ nos possessuros speramus. *Est 32.*

IV. Quare licitum est tam hæredi quam legatario contra injustè impediens ne vel hæreditas adeatur, vel legata solvantur, se taliter defendere; licet & jus habenti in Cathedram vel præbendam, contra eorum possessionem injustè impediens. *Est 33.*

V. Licet procurare abortum antè animationem foetus, ne puella deprehensa gravida, occidatur aut infametur. *Est 34.*

VI. Videtur probabile, omnem foetum, quamdiu in utero est, carere anima rationali, & tunc primum incipere eandem habere, cum paritur, ac consequenter dicendum erit, in nullo Abortu Homicidium committi. *Est 35.*

De Furto.

I. **P**ermisum est furari non solum in extrema necessitate sed etiam in gravi. *Est 36.*

2. Famuli & famulæ domesticæ possunt occultè heris suis surripere ad compensandam operam suam, quam majorem judicant salario quod recipiunt. *Est 37.*

III. Qui cessit foro, potest sibi retinere bona, quibus indiget ad sustentationem familiæ, ne indecorè vivat, licet debita pro quibus cedit sint ex injustitia & notorio delicto contracta.

IV. Uxores aut filii qui post mortem virorum aut parentum inveniuntur

non esse solvendo eorum debitis, possunt ex bonis relictis tantum subtrahere, atque occultare, quantum satis judicetur etiam ad suum statum honeste conservandum, & in judicio jurare se nihil occultare.

De Restitutione.

- Est 38. inter 65* I. **N**on tenetur quis sub pœna peccati mortalis restituere quod ablatum est per parva furta, quantumcumque sit magna summa totalis.
- Est 39.* II. Qui alium movet, aut inducit ad inferendum grave damnum tertio, non tenetur ad restitutionem istius damni illati.
- III. Neque restituendum est quod pro iniqua sententia, neque quod pro iniqua occisione acceptum est.

De Usura.

- Est 40.* I. **C**ontractus mohatra licitus est etiam respectu ejusdem personæ, & cum contractu retrovenditionis præviè inito cum intentione lucri.
- Est 41.* II. Cum numerata pecunia pretiosior sit numeranda, & nullus sit qui non majoris faciat pecuniam præsentem quam futuram, potest creditor aliquid ultra sortem à mutuuario exigere & eo titulo ab usura excusari.
- Est 42.* III. Usura non est, dum ultra sortem aliquid exigitur tanquam ex benevolentia & gratitudine debitum, sed solum si exigitur tanquam ex justitia debitum.

De Detractione.

- Est 43.* I. **Q**uidni non nisi veniale sit detrahentis auctoritatem magnam, sibi noxiam falso crimine elidere?
- Est 44.* II. Probabile est non peccare mortaliter qui imponit falsum crimen alicui, ut suam justitiam & honorem defendat. Et si hoc non sit probabile, vix ulla erit opinio probabilis in Theologia.

De Simonia.

- Est 45.* I. **D**are temporale pro spirituali non est simonia, quando temporale non datur tanquam pretium, sed dumtaxat tanquam motivum conferendi vel efficiendi spirituale, vel etiam quando per temporale fit solum compensatio gratuita pro spirituali aut è contra.
- Est 46.* II. Et id quoque locum habet etiam si temporale sit principale motivum dandi spirituale; imò etiam si sit finis ipsius rei spiritualis, sic ut illud pluris æstimetur, quam res spiritualis.
- III. Pro

III. Pro intercessione ad beneficium obtinendum potest aliquid dari sine Simonie suspitione.

IV. Dum quis exterius rem spiritualem pro temporali promittit, vel rem temporalem pro spirituali absque animo tradendi, vel se obligandi ad rem ipsam tradendam non est vere Simonia.

V. Cum dixit Concil. Trid. eos alienis peccatis communicantes mortaliter peccare, qui nisi quos digniores & Ecclesie magis utiles ipsi iudicaverint, ad Ecclesias promovent, Concilium vel primo videtur per hoc (digniores) non aliud significari velle nisi dignitatem eligendorum, sumpto comparativo pro positivo, vel secundo locutione minus propria ponit digniores ut excludat indignos, non vero dignos: vel tandem loquitur tertio quando fit concursus. Est 47.
inter 65

De Luxuria.

I. **T**Am clarum videtur fornicationem secundum se nullam involuere malitiam, & solum esse malam quia interdicta, ut contrarium omnino rationi dissonum videatur. Est 48.

II. Mollities iure nature prohibita non est, unde si Deus eam non interdixisset, saepe esset bona & aliquando obligatoria sub mortali. Est 49.

III. Copula cum conjugata, consentiente marito, non est adulterium, adeoque sufficit in confessione dicere se esse fornicatum. Est 50.

IV. Probabile est non distingui incestum cum consanguineis ab incestu cum affinibus, neque (intra quartum gradum) incestum in uno gradu ab incestu in altero: ex quo probabiliter consequitur in confessione non esse explicandam hanc diversitatem.

V. Licetum est famulis ad concubinam Domini ferre internuntia, vel litteras, vel referre hinc inde horam ad peccandum, vel facere excubias, vel custodiam cum peccatur, si ipsi famuli non consentiant in peccatum Domini, sed id faciant propter temporalem commoditatem.

VI. Famulus, qui submissis humeris scienter adjuvat herum suum ascendere per fenestram ad stuprandam virginem & multoties eidem subseruit deferendo scalam, aperiendo januam, aut quid simile cooperando, non peccat mortaliter, si id faciat metu notabilis detrimenti, puta ne a Domino male tractetur, ne torvis oculis aspiciatur, ne domo expellatur. Est 51.

Circa precepta Ecclesie.

I. **N**on est necessarium ut quis precise satisfaciat precepto Ecclesie, ut habeat aliquam internam devotionem.

C

De

De festis servandis.

- Est 52.* I. **P**Ræceptum servandi festa non obligat sub mortali, seposito scandalo, si absit contemptus.
- II. Si herus quispiam habens duodecim servos jungat eis laborem integræ diei, assignando singulis duas horas successivè ac divisivè, non peccat mortaliter.

De Missæ auditione & Horis Canonicis.

- Est 53.* I. **S**atisfacit præcepto Ecclesiæ de audiendo Sacro, qui duas ejus partes, imò quatuor simul à diversis celebrantibus audit.
- II. In audiendo missam de præcepto, vel recitandis horis ex obligatione, satis est attentio externa, unde potest quilibet voluntariè distrahi.
- Est 54.* III. Qui non potest recitare matutinum & Laudes, potest autem reliquas horas, ad nihil tenetur, quia major pars trahit ad se minorem. "Similiter si audire potes Sacrum solum à præfatione & deinceps, ad nihil teneris, quia per istam partem non potes implere præceptum.

De jejunio.

- I. **Q**ui dormire nequit, nisi vesperi sumptâ coenâ, non tenetur jejunare, imò neque in prandio collationem sumere, quamvis hoc modo isti incommodo obviare possent; quia nemo tenetur pervertere ordinem refectioinum.
- II. Defessus ex quocumque labore, licito vel illicito, v. g. cum foeminiis commixtione, liberatur à lege jejunii.

De Communione Annuâ.

- Est 55.* I. **P**Ræcepto communionis annuæ satisfacit per sacrilegam Corporis Christi manducationem.
- II. Qui in Paschâ communicavit, si in articulo mortis non communicet ex negligentia quâdam, sine contemptu, non peccat mortaliter: imò nec si in paschâ non communicasset.

De cultu Beatissimæ Virginis Mariæ & Sanctorum.

- I. **C**ultus beatissimæ Virginis Mariæ est nota prædestinationis, in iis etiam qui gentiliter vivunt.
- II. Pec-

II. Peccatori adhuc in hac vitâ agentis, & Beatissimam Virginem ferio invocanti concessum est privilegium, ut illâ intercedente antequam moriatur ad poenitentiam redeat.

III. Non est distinguendum, an talis peccator poenitentiam differat, negligat, proposito emendationis careat, an sit impoenitens, an non. Beata Virgo refugium est peccatorum etiam impoenitentium.

IV. Si verum sit quod sequitur: nolite plus fiducia in Mariâ collocare quam in Deo, inter omnes indiscretos cultores Marianos primatum sibi vendicabit S. Bernard.

V. Si rursus vera sunt quæ sequuntur; quare enim plus fiducia in Mariâ quam in Deo collocatur, nisi quia magis misericors aut potentior quam ipse Deus apprehenditur aut creditur? Qui error gravissimus est & contra fidem: si, inquam, vera sint, non invenio, quomodo S. Bernardus à gravissimo contra fidem errore se expedire valebit.

VI. Certo polliceri non ex hac vitâ migraturos sine poenitentia & Sacramentis, qui hunc illumvè ex divis coluerint, item securitatem in rebus gerendis fortunæ certum ac optatum eventum iisdem promittere.

De frequenti Confessione & Communione.

I. Requens confessio & communio, etiam in iis qui gentiliter vivunt, est nota prædestinationis. Est 56.
inter 65

De Contritione.

I. In Sacramento poenitentia sufficit attritio, & dolor peccatorum commissorum ob malum temporale cum respectu ad Deum, à quo immissum, aut immittendum est ad poenam.

II. Probabile est sufficere attritionem naturalem, modo honestam. Est 57.

III. Deus gratiam conversionis, & veræ poenitentia, quam in extremis sæpe negat, in vita semper offert omnibus peccatoribus, estque hoc de fide. Adde quod non sit opus instanter petere id quod Christus ultro offert.

IV. Probetur nobis quod recitanti attentè & vivaciter orationem quæ continet motum contritionis, Deus suam gratiam veri doloris neget, & ubi esset illud: facienti quod in se est, Deus nunquam deest?

De Confessione.

I. Non tenemur confiteri circumstantias notabiliter aggravantes, & sic sufficit dicere; commisi furtum mortale toties, non exponendo furti quantitatem;



tatem ; item toties jejunium fregi, non dicendo an per usum carniū an per duplicem comestionem.

Est 58. II. Neque tenemur Confessario interroganti fateri peccati alicujus. consuetudinem.

Est 59. III. Licet sacramentaliter absolvere dimidiatē tantum confessos ratione magni concursus pœnitentium, qualis v. g. potest contingere in diē magnæ alicujus festivitatis, aut indulgentiæ.

De Absolutione.

I. Sicut Confessarius credit peccatori dicenti quod ceciderit ; sic etiam debet credere dicenti quod surrexerit, seu quod verè doleat & proponat se emendare.

Est 60. II. Pœnitenti habenti consuetudinem peccandi contra legem Dei, naturæ, vel Ecclesiæ, etsi emendationis spes nulla appareat, nec est neganda nec differenda absolutio, dummodo ore proferat se dolere & emendationem proponere.

III. Potest absolvi sœmina quæ domi suæ virum excipit cum quo sœpe peccat, si eum honestè non possit inde ejicere, aut causam aliquam habeat eum retinendi.

Est 61. IV. Potest aliquando absolvi qui in proxima occasione peccandi versatur, quam potest, & non vult omittere, quin imo directè & ex proposito quærit, aut ei se ingerit.

Est 62. V. Proxima occasio peccandi non est fugienda quando causa aliqua utilis aut honesta non fugiendi occurrit.

Est 63. VI. Licitum est quærere directè occasionem proximam peccandi pro bono spirituali aut temporali nostro vel proximi.

Est 64. VII. Absolutionis capax est homo quantavis laboret ignorantia mysteriorum fidei, & etiamsi per negligentiam etiam culpabilem nesciat mysterium, SS. Trinitatis & Incarnationis D. N. J. C.

Est 65. VIII. Sufficit illa semel credidisse.

De satisfactione.

I. IN urbe & orbe receptum est ne cuiquam denegetur absolutio eo solo quod non velit acceptare pœnitentiam sibi injunctam.

F I N I S.

ARTICULI THEOLOGICI,

QUOS

THEOLOGICA FACULTAS

ALMÆ UNIVERSITATIS LOVANIENSIS

B. P. N. INNOCENTIO XI.

Tanquam supremo ac infallibili Evangelici depositi custodi ac judici, per suos deputatos an. 1677. transmisit ac obtulit judicandos; & quos idem SS. Dominus noster Eminentissimis ac Reverendissimis, sacrae S. Officii Congregationem constituentibus, Dominis S. R. E. Cardinalibus, nec non & praecipuis ejusdem S. Congregationis Theologis & Consultoribus tradidit examinandos; & quos ipsi post maturum ac iteratum examen censuerunt sanos & immunes ab omni notâ.

Juxta Exemplar Eximii Patris CHRISTIANI LUPI Ord. Eremitarum Sancti Augustini, à Facultate Theologica Lovaniensi Deputati ad exponendam Sedi Apostolicæ ejusdem Facultatis Doctrinam. Anno 1677.

De ignorantia, probabilitate, & malitiæ actûs humani inadvertentia.

ARTICULUS PRIMUS.

Duo innata sunt vitia originalia : concupiscentia & naturalis legis ignorantia.
2. Uti nulla concupiscentia est insuperabilis, ita nulla ejusmodi ignorantia est invincibilis.

3. Quippè sicuti omnis illa per divinæ gratiæ auxilium, ita omnis hæc per ejusdem gratiæ lumen superari potest.

4. Opera igitur nostra naturali legi contraria, quæ ex tali ignorantia procedunt, à peccato plenè excusari nequeunt; ne favore quidem ullius verisimilitudinis aut probabilitatis.

5. Ad summum posset subinde mortalis macula dilui in venialem.

6. Quod ipsum tamen locum non habet in his peccatis, quæ primis naturalis & æternæ legis principiis aut manifestioribus ejus præceptis adversantur.

7. Uti de peccatis carnalibus dilucidè docet S. August. exposit. inchoata in epist. ad Rom. Ea ne in ipsis quidem pueris & adolescentibus à mortali malitia expurgari per ignorantiam.

8. Si autem actum legi æternæ & naturali contrarium nunquam plenè excuset istius legis ignorantia, multò minus simplex inadvertentia seu non reflexio ad malitiam.

De Virtutibus Theologicis.

ARTICULUS PRIMUS.

Fundamentale ac primum Legis Æternæ mandatum est : Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & Proximum sicut teipsum.

2. Vocem *charitas* tamen si aliqui scholastici accipiant pro sola illa Dei dilectione, quæ est nostra cum eo per peccatorum remissionem amicitia, Sanctus Augustinus & alii PP. eam sumere solent pro quavis supremi boni casta propter se dilectione, *quasi verò* (inquit Aug.) *aliud sit bona voluntas quam charitas.*

3. Hinc idem S. Doctor distinguit charitatem natam, nutritam, adultam, robustam, perfectam. Et hanc duplicem; aliam præsentis, aliam futuræ vitæ, quæ distinctio frequenter placet etiam S. Thomæ.

4. Itaque charitas & cupiditas generatim sumpta non sunt aliud, quam bona & mala voluntas. Sunt bona & mala radix, quarum hæc solos malos, illa proferre possit solos bonos fructus.

5. Omne opus, ut plenè bonum sit & ne venialiter quidem in eo delinquatur, debet ex tali charitate procedere, ac per ipsam referri in Dominum Deum : *Nec enim*, teste Augustino, *fructus est bonus, qui de radice charitatis non surgit.*

6. Attamen ista relatio per charitatem perfectam fieri non debet : sufficit eam fieri per charitatem imperfectam.

7. Sed neque necessaria est relatio ex charitate actuali, sive ex charitate, super quam fiat actualis reflexio.

8. Hæc namque continua in operibus nostris reflexio est multis hujus vitæ distractionibus impossibilis.

- 9. Sufficit ergo quod opera nostra per charitatem virtuales in Deum referantur.
- 10. Continua virtualis dilectio versari debet non solum circa Deum, sed etiam circa proximum. Absit ut christiana iustitia contenta sit hunc solummodo non odisse, aut illi sola externa impendere officia.
- 11. Par nobis obligatio est fidei & spei: etiam per hos obligamur Divinae Majestati continuo, saltem virtualiter, adherere.
- 12. Fides debet esse assensus firmissimus. S. Clemens Alexandrinus recte docet firmiorem esse omni demonstratione. Quare, quicumque censet esse posse probabilem dumtaxat estimationem, jam pridem damnatus est in Petro Abaelardo.
- 13. Debet esse non naturalis aut late-dicta, sed omnino supernaturalis & innixa auctoritati Dei loquentis, per quam credantur quae divinitus revelata & promissa sunt.
- 14. Ad iustitiam & salutem necessaria fides debet expressè tendere in unam Divinae Majestatis essentiam ac in tres Personas, item in Deum remuneratorem, etiam in Christum mediatorem. Novisse debet ejus Incarnationem, Passionem, Mortem, Resurrectionem, &c.
- 15. Horum omnium expressa fides est necessarium justificationis medium. Quicumque vel unum eorum ignorant, licet baptizati sint, sunt ex illorum numero de quibus ad S. Petrum Alexandrinum clamavit olim Angelus: *Vt quid huc jactatis vacua marsupia?*
- 16. Hinc Episcopi, Praesbyteri Curati, alique animarum directores rigidissime obligantur fidelem populum de iis omnibus plenè instruere, quod praecipuum merito innovavit Synodus Trident.

De juramento, mendacio, homicidio, luxuria, &c.

ARTICULUS PRIMUS.

- S**ic verbis utendum est, ut id quod dicitur, consideratis simul circumstantiis, quas obvire possit audiens intelligere, sit conforme menti loquentis.
- 1. Si aliter fiat cum juramento, perjurium est; si citra juramentum, mendacium: quorum neutrum ullà utilitate aut necessitate excusari potest.
 - 2. Non dedit Dominus vitæ & necis homini privato potestatem, ut res suas temporales, aut honorem, imo pudicitiam cum invasoris cæde tueatur.
 - 3. Aliqui affirmant, injustum vitæ aggressorem posse occidi, aliqui negant: hi S. Augustinum, illi S. Thomam sibi favere arbitrantur.
 - 4. Circa luxuriam specialiter docet post S. Augustinum, S. Thomam & alios Patres ac Doctores, actum conjugii ut omni defectu veniali careat, exerceri debere vel generandæ proles gratiâ, quæ deinde Christo regeneretur, vel ut debito conjugalibus justitiæ satisfiat.

De Contritione, Confessione &c.

ARTICULUS PRIMUS.

- F**requens confessio & Communio, dum rectè fiunt, sunt plurimum laudandæ & fructuosæ.
- 1. Venialium etiam peccatorum, licet citra culpam taceri & multis aliis remediis excipiari possint, frequens confessio rectè ac utiliter fit & citra omnem præsumptionem.
 - 2. Servilis

3. Servilis gehennarum metus nequaquam in substantia sua malus est, sed bonus & utilis: attamen ipsi soli insistens attritio, etiam cum Sacramento, non sufficit ad justificationem. Quia ad accipiendam hanc gratiam oportet credere, sperare ac Deum propter se diligere.

4. Vera attritio debet esse dolor animi ac detestatio de peccato commisso cum proposito non peccandi de cætero, excludens voluntatem peccandi. Attamen non debet includere perfectam charitatem, quæ hominem Deo reconciliet, priusquam hoc Sacramentum actu suscipiatur.

5. Nihilominus esse debet, licet imperfecta, tamen vera Dei charitas, quæ pœnitens Dominum Deum tanquam omnis justitiæ fontem diligat, ideoque peccata sua detestetur & oderit. Eam aliqui appellant charitatem affectu super omnia.

6. Pœnitens Confessario circa priorem, inveteratam præsertim peccandi consuetudinem, ex conducentibus ad ejus medelam rationibus interroganti debet obedire.

7. Etiam exprimendæ sunt circumstantiæ intra eandem speciem notabiliter aggravantes.

8. Absolutionis denegatio, aut dilatio quandoque est necessaria, quandoque utilis, quandoque perniciofa. Quare Confessario non solum scientia est necessaria, sed etiam prudentia; à Domino Deo gratiam postulare debet discernendorum spirituum.

9. Dista dilatio aut negatio, dum est dumtaxat utilis, non potest exerceri in pœnitentem invitum.

10. Causæ quæ ipsam faciant necessariam, sunt præsertim tres: prima est ignorantia necessariorum articulorum fidei; 2. defectus dispositionis, puta contritionis, &c. 3. proxima peccandi occasio, quæ vel ex natura rei, vel ex qualitate personæ est talis.

11. Aliquot duarum postremarum exempla adducit in sua Romana Synodo S. Gregor. VII.

” Falsas pœnitentias dicimus, quæ non secundum auctoritatem SS. Patrum pro qualitate, criminum imponuntur. Ideoque quicumque miles & negotiator vel alicui officio deditus, quod sine peccato exerceri non posset, si culpis gravioribus irretitus ad pœnitentiam venerit, vel qui bona alterius injustè detinet, vel qui odium in corde gerit, recognoscat se veram pœnitentiam non posse peragere, per quam ad æternam vitam valeat pervenire, nisi arma deponat, ulteriusque non ferat, nisi consilio Religiosorum Episcoporum pro defendenda justitia, vel negotium derelinquat, vel officium deserat & odium ex corde dimittat, bonaque, quæ injustè abstulit restituat. Ne tamen desperet; interim quidquid boni facere poterit, hortamur ut faciat, ut omnipotens Deus cor illius illustret ad pœnitentiam.

12. Confessarius obligatur pro qualitate criminum & pœnitentium facultate salutare & convenientes injungere satisfactiones. Qui indulgentius agit, & levissima quædam opera injungit pro gravissimis delictis, communicat peccatis alienis.

13. Istiusmodi salutare pœnitentias peccator acceptare, & adimplere tenetur.

14. Graviorum delictorum pœnitentiam ante absolutionem explere est ex variis causis sanctissimum. Istius tamen moris necessitatem jam pridem abstulit materna Ecclesiæ clementia, nec videtur reducenda, nisi sic Ecclesiæ Romanæ videretur.



